

tius scenam ibi explicem, deinde ve-  
 rò judica, an satis habuerit causæ *Bar-*  
*nerus*, Diabolico ejusmodi (hic enim  
 primus calumniator est, & convitiato-  
 rum parens) virulento, & honestis o-  
 culis indigno scripto, in me invehendi.  
 Abstinebo ego à convitiis, ultionem ne  
 optabo quidem (quæ enim hæc foret  
 gloria, digladiatum fuisse cum ebriosis,  
 furibundis, quibusve rationis usus de-  
 est, ac externa saltem specie homines  
 sunt) sed sanam potiùs ac sobriam men-  
 tem precor nostro, ut si quando crapu-  
 lam illam suam edormierit & exhalâ-  
 rit, ad sobrii & veri hominis cogitatio-  
 nem redeat. Victoriâ vero ipsam, de  
 virulenta *Barneri* invidia, in me ipso, in  
 conscientia recte factorum, in Tuo im-  
 primis ac Excellentium virorum vere  
 judicantium animis collocatam volo.  
 Pluris facio unius sapientis tacitum eti-  
 am de innocentia mea testimonium,  
 quam mille delirantis vulgi, aperta in  
 me & ficta dicteria. Certè Vir Amplis-  
 sime, si hoc satis esset, reprehendere ali-  
 os, criminari, convitiari, odisse; quid  
 quæf.